

I. N. I. C.

26  
DISSERTATIO ACADEMICA,  
EXHIBENS  
SPECIMEN COMPUTANDI TRI-  
DUANAM CHRISTI IN SEPULCRO  
COMMORATIONEM,

---

QUAM

CONSENSU AMPLISS. FACULT. PHILOS.  
IN REG. ACAD. ABOËNSI,

PRÆSIDE

*Mag. JOHANNE BILMARK,*  
HISTOR. AC PHILOSOPH. PRACT. PROFESSORE  
REG. ET ORD.

PRO LAUREA

PUBLICÆ CENSURÆ OFFERT  
*ABRAHAMUS MELLENIUS,*  
BOREA-FENNO.

IN AUDITORIO MINORI die XVII JUNII  
AN. MDCCCLXXXIX.

H. A. M. C.

---

ABOÆ Typis FRENCKELLIANIS.

Viro

Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo,

D:no SAMUEL MELLENIO,

Pastori Ecclesiarum, quæ Deo in Föyttis, Yläne & Oripää  
colliguntur, meritissimo,

*Patri Optimo,*

Plura omnino & majora sunt, quæ Tu, OPTIME PATER, in me contulisti  
beneficia, quam ut eisdem prædicandis, mea, quæ tenuis est,  
par unquam foret industria; post Deum enim Tibi potissimum debo,  
cum quod vivam, tum quod recte vivere sciām. Quum vero nihil habeam,  
quod Tibi redhōstimenti loco rependam, in pignus pietatis  
meæ nunquam intermorituræ præsentem meam Dissertationem Gradua-  
lem Tibi omni, quæ filium decet, veneratione offero, quam ut sere-  
na excipias fronte, a paterna Tua haud operose impetrabo facilitate.  
Meum vicissim est, eritque semper, Supremum Numen assiduis fatigare  
precibus, ut ingravescens Tua senectus nullas sentiat infirmitatum  
molestias, sed ut sospes vegetusque tam Ecclesię, quam omnium no-  
strum, quotquot Tui sumus, commodis per longam annorum seriem  
adhuc sufficias. Ita ex intimis cordis recellibus quotidie vovet

*Patris Optimi*

Obedientissimus Filius  
ABRAHAMUS MELLENIUS.

§. I.

Quamvis animus humanus circa cognitionem rerum præsentium ac præteritarum imprimis occupetur; docet tamen Historia, exstisisse quondam homines, facultate gavisos, peplum illud, quo res futuræ teguntur, quasi pavidendi, eosque suis exposuisse æqualibus facta, interdum non multo post, sed contra omnem eorum opinionem, interdum autem post longam demum lustorum, quin & seculorum seriem eventura. Hoc talia non ex naturali quadam mentis perspicacia, sed quod peculiari Numinis fruerentur amicitia, prænuntiasse, perfulsum sibi habuerunt non solum quotquot vera revelationis gavisi sunt luce, sed ipsi quoque Ethnici; apud quos *Divinatio*, sicut ipsa vox indicat, pro re habebatur plane Divina, atque eorum vates non aliunde, quam ex familiari cum Diis commercio præsensionem futurorum sibi contingere existimabant. Si in prædictionibus futurorum nullus plane nexus cum rebus præteritis ac præsentibus animadverti possit, illæ habentur maxime momentosæ, sive brevius sive longius temporis intervallum inter eas & ipsos intercedat eventus. Communiter enim nos æque sub dicta latet hypothesi, quid ferus vehat hesperus, quam quid post plures demum continget annos. Non minorem igitur meretur admirationem Diinus il-

A

le

le vates: JESAIAS, dum prædixit, Assyriorum Regem SANHERIB, ingentibus suis fretum copiis, & propter insignem, variis nuper occupatis Judæi urbibus, reportatae victoriam ferocem, urbem Hierosolymam, cui ultimum minitabatur excidium, non solum non intraturum, nec justa eam cinctorum obsidione, sed rebus omnino infectis domum revereturum, atque in suo regno peritum; quam dum prænuntiavit, Regem post se quiseculum nasciturum, COREM vel Cyrus nominandum, & cujus vitæ circumstantias exposuit non paucas; eventibus tam utriusque harum, quam cæteris hujus vatis prædictionibus ex asse respondentibus. Quum itaque Prophetæ eo certitudinis, quæ ex fide nascitur Divina, sigillo suas obsignaverint prædictiones, his multo adhuc certiora esse vaticinia Salvatoris nostri JESU CHRISTI, DEI ac hominis, credere nos oportet, nodosque dubitationum, in quibusdam eorum occurrentes, per justam eorum expositionem posse resolvi; id quod per computationem triduanæ Christi in sepulcro commorationis ostendere his conabimur pagellis, paucis quibusdam in pleniorem argumeuti propositi illustrationem præmissis.

## §. II.

Cum advenisset tempus, quo CHRISTUS gravissimum munus, propter quod in hunc venerat mundum, caperet, nihil intermisit, ut homines, per ignorantiam ac traditionum præstigias in errorum devia prolapsos, in veram salutis viam reduceret. Docuit autem tanta auctoritate & virtute, ut ad suas conciones plane obstupefcerent Auditores, & tam hac ratione, quam beneficis omniaque industria humana superioribus, quæ iterum iterumque

que edidit miraculis convincerentur singuli, quibus mens non læva fuit, eum esse Patribus promisum Messiam. Scribas, Pharisæos, aliosque, sua tumidos sapientia, quum saepius confunderet, captiofasque eorum interrogations partim resolveret, partim eluderet, illi calumniandi occasionem querentes, postularunt, ut signum sibi ostenderet; quibus vero ipse respondit; quod eis non daretur, nisi signum illud Jonæ Prophetæ: *Sicut enim Jonas fuit in ventre ceti tres dies & tres noctes; ita erit filius hominis in corde terræ tres dies & tres noctes*, Matth. XII: 38, 39, 40. Quorsum hæc tenderet prædictio, discipulis Christi, hanc audientibus, non satis constitit, ignorantibus quippe, an vel vivus, uti Jonas in ceto, vel mortuus in terræ occultaretur gremio. Sustulit autem ipse paulo post hanc ambiguitatem, postquam discipuli professionem fidei suæ coram eo edidissent, ex illo tempore eis prædicens, opertere se abire Hierosolymam, & multa pati a Senioribus, primariis Sacerdotibus & Scribis, & occidi, tertia autem die se resurrectum Matth. XVI: 21. Quæ quidem prædictio discipulis obvenire potuit dubia; probabilis nempe, habita Seniorum populi & imprimis Pharisaïorum acerrimi in probos Doctores ac Prophetas odii ratione; minus autem verisimilis, pensitato benevolo populi ac quorundam Procerum in Christum studio, ut gravius proinde quid in eum statueretur, haudquaquam permissorum. Interjectis dehinc aliquot diebus, discipulorumque animis per suam in monte Thabor transformacionem confirmatis, illis iterum prædixit, se in manus hominum traditum ac trucidatum iri, tertia autem die resurrectum Matth. XVII: 22: 23. Et ne quid inexspectati eis obveniret, Hierosolymam contendens, in itinere circumstantias futuræ suæ passionis ac mortis generis denunciat, scilicet, quod illuderetur, flagellaretur, tum cruce-

cifigeretur, sed tertia resurgeret die Matth. XX: 19. Fuit autem crucis supplicium Judæis non tantum infolium, sed etiam abominabile, cuius in lege Mosaica nullum reperitur indicium, a Romanis sequiori tempore introductum (a). Quem tragicum Salvatoris e vita excessum his tribus verbis describit Evangelista LUCAS Cap. XXII: 33. *Ibi crucifierunt eum.* Ad quæ verba ita commentatur inclitus ROLLIN: *Les (Evangelistæ) se contentent de dire en un mot, que leur Maître fut crucifié, sans marquer ni étonnement, ni compassion, ni reconnaissance. Qui parleroit ainsi d'un ami, qui auroit donné sa vie pour lui? -- Les Prophètes décrivent les souffrances de Jésus-Christ d'une manière vive, touchante, pathétique. Ils sont pleins de sentiments & de réflexions. Mais les Évangélistes les racontent d'une manière simple, sans mouvements, sans réflexions, sans rien permettre à leur admiration & à leur reconnaissance, sans paraître avoir aucun dessein de changer leurs Lecteurs en Disciples de Jésus-Christ -- Si les Évangélistes & les Prophètes n'avoient pas été inspirés, les premiers eussent écrit d'une manière plus animée, & les seconds d'une manière plus indifférente; les uns eussent marqué un dessein de persuader, & les autres une timidité & une hésitation dans leurs conjectures qui n'eut touché personne --- Qui peut ne pas reconnoître la main, qui a conduit les uns & les autres? (b).*

(a) Vid. J. D. MICHAELIS *Mosaïsches Recht* Tom. V. p. m. 32.

(b) Vid. de ROLLIN *Traité des études* Tom. II. p. m. 473, 474.

### §. III.

Quum Salvator noster tempus suæ in sepulcro commemorationis assimilet temporis, quo propheta Jonas inven-

ventre ceti delituit, a proposito nostro forte non censetur alienum, brevem typi atque Antitypi instituere comparationem. Jonas miles a DEO fuit ad Ninivitas, gentem Israelitis, popularibus suis, inimicam, ut eos a deperdita dehortaretur vita; CHRISTUS ex decreto DEI e celo in terram descendit, ut homines, legum divinarum transgressores & in Summum Monarcham rebelles, per poenitentia ac fidei conciones ad veram pietatem ac salutem dederet. Uterque de vita sua ratione fuit ex aminatus, ille a nautis, hic a Pontifice & Pilato, provinciae Gubernatore; nautae illum, Pilatus hunc libenter servarum voluerunt; Jonæ, in mare projicendi, innocentiam agnoscunt nautæ, Pilatus ut Judæis gratificaretur, condemnans Christum palam profitetur, se innocentem esse in sanguine Justi hujus virti. Utriusque passio fuit voluntaria; utroque se in lytrum irato DEO offerente, Illo in mare projecto, sedatur tempestas, decumani subfident fluctus & navis iactata servatur; per Hujus mortem genus humanum DEO reconciliatur, furores diaboli coercentur, & salus omnibus paratur. Ille, periculo maris defunctus suam redintegrat legationem, ad Ninevitas conciones habens poenitentia: Hic post suam resurrectionem confirmat in accepta doctrina discipulos, eos in totum emittens orbem, ut omnes docerent gentes. In eo autem præcipue fuerunt similes. quod ille per tres dies & tres noctes in ventre ceti delitesceret, hic eriam per totidem dies ac noctes in sepulcro commoraretur.

## §. IV.

Commemorationem Prophetæ Jonæ in ventre ceti per integros tres dies totidemque integras noctes durasse, sicut Eruditi tantum non omnes, verbis Scripturæ Sacrae inha-

inhærentes, contendunt; ita multis sua ingenia torquent modis, ut ostendant, ultimum comparationis inter Prophetam Jonam & Salvatorem Christum sibi constare membra. Quum enim Biblica nos doceat Historia, immidente diei veneris vespera, Christum sepultum fuisse, in diluculo autem proxime insequentis diei Solis a mortuis resurrexisse, adeoque triginta sex horas circiter in sepulcro fuisse commoratum, non perspiciunt, qua dici possit ratione, tres dies & tres noctes inter ejus sepulturam atque resurrectionem intercessisse, haud obscure ita indicantes, similitudinem a Salvatore nostro inter se & Prophetam Jonam institutam in præcipuo claudicare capite. An igitur, ita sciscitantur, Salvator sibi ipsi contradicat, prædictione sua ipsi ex asse non respondentem eventui? Hunc nonnulli soluturi nodum putarunt, haud necessarium fuisse, ut Christus tempore prorsus æquali illi, quo Jonas fuit in ventre ceti, sepulcro esset inclusus, comparationis tertium in eo consistere, ut, quemadmodum Jonas in ventre ceti, ita Christus in sepulcro in tertium manserit diem; qua tamen explicatione piæ cujusvis curiositati satisfactum non fuisse novimus. Alii autem tempus mortis Christi inde computandum censem, quo sua incepit passio; siquidem in horto Gethsemane & qua corpus & qua animam adeo graviter adflictus fuerit, ut agonizanti similis consolatrice Angeli indigeret ope, de se ipso professus: *Contraistata est anima mea usque ad mortem.* Enimvero ne sic quidem sibi constat computus: habemus omnino in hac hypothesi tres noctes, scilicet quæ insequerentur dies Jovis, veneris & Saturni in Septimana magna, sed duos tantum modo dies, veneris ac Sabbathi, qvum Christus in diluculo diei Solis a mortuis resurrexit.

Incidimus etiam in aliam memoratæ inter Prophe-tam Jonam & Salvatorem Christum comparationis expli-cationem, tanto minus hoc reticendam loco, quanto magis eadem suo Auctori, Antipodas in subsidium suæ sen-tentiæ ingeniose vocanti, placeat. Juvat autem ipsa ejus adferre verba: Derohalben halte ich, diese Meinung sey wohl die beste, dafs man sage: Als der Herr am Char-Freytag Abend ins Grab geleget, ist Zu Jerusalem *die erste Nacht* geworden, bey den Antipodibus ist dazumahl *der erste Tag* gewesen; als der Sabbath zu Jerusalem *der andere Tag* gewesen, ist bey jenen die *andere Nacht* gewesen, als zu Jerusalem die Sabbaths und also die *dritte Nacht* gewesen, ist es bey jenen der *dritte Tag* gewesen; haben wir also *drey Tage* und zugleich *drey Nächte*, und ist der Herr gleichwohl am dritten Tage aufferstanden, wenn man anrechnet, von Char-Freytag, als an welchen er gegeisselt, getödtet &c. welche um-stände der Herr selbst erzehlet, und mit denselben den dritten Tag verknüfft. War also der Char-Freytag *der erste Tag*, da zu Jerusalem das Tages Licht schiene, der Sabbath *der andere*, und als dessen Nacht verflossen, kam Jesus aus dem Grabe bey anbrechenden dritten Ta-ges Lichte wieder hervor. Auff sol he Arth trifft die Rechnung der *drey Tage* und zugleich der *dreyen Nächte* ein, und ist doch der Herr auch am dritten Tag erstanden. Man kan auch solchen, die nicht mer auff der Erden sind, wie Jonas und Christus, andere Tage und Nächte nicht zueignen, zumahlen es bey einem solchen der entweder in der Tieffe des Meers oder als ein Tod-ter in der Gruft der Erden, die mith einem vorgewelt-zen Stein verwahret ist, sich befindet, weder *Tag* noch *Nacht*.

Nacht ist; sondern der Unterschied des Tages und der Nacht muss bey denen gesuchet werden, denen die Sonnen auff und untergehet. Welches dann niemanden zukommen kan als denen die um und auff der Erdboden wohnen. Und diesen allen kan so wohl Jonas als der Herr Christus abgebildet werden, denn er sey drey Tag und drey Nächte in der Tieffe des Widders, oder des Grabes gewesen, und bey allen denen bleibt es auch zugleich wahr, dass der Herr am dritten Tag sey aus der Grab hervor gekommen (a).

(a) Vid. *Untersuchung Etlicher Oerter des Neuen Testaments* p. 339, seq.

### §. VI.

Ut plenius & ad oculum pateat Auctoris hypothesis,  
sequens Iubjungendum duximus Schema:

	in Palæstina	Antipod.
Christus sepultus ab Auctore dicitur nocte		
quæ diem veneris insecura ---- Nox	Dies	
	Sabbathi ---- Dies	Nox
	hujus	Nox
		Dies

Ad hujus itaque schematis tenorem tempore illo, quo Christus sepulcro erat inclusus, fuerunt in Palæstina duæ noctes & unus dies, atque apud Antipodes una nox & duo dies naturales. Sed quum discipuli Christi nullam haberent Antipodium notitiam, Christus autem captui illorum suum accommodaret sermonem, sequitur, verba Salvatoris populari sensu esse accipienda. Præterea quum nox in Palæstina & dies huic respondens Antipodium sit unum idemque tempus verum, pro diversitate situs regionum diverso expressum nomine, sophistica tantum modo

modo hæc videtur explicatio. Porro, quum Prophetæ Jonas, ex sententia communiter recepta, per tres dies civiles in ventre ceti delituerit, ex Auctoris hypothesi posset ostendti, eum per sex dies & sex noctes ceti fuisse incolam. Denique quum Salvator Christus die veneris, non hujus nocte, sicut prohibet auctor, cum solis enim occasu magnam incepérat Sabbathum, quo omne opus fuit interdictum, sit sepultus, quisque facile animadvertisit, ex hypothesi Auctoris Christum per quatuor dies & quatuor noctes in sepulcro fuisse commoratum; quod omnino est ineptum.

### §. VII.

Allatis modo sententiis de computo triduanæ Christi in sepulcro commorationis verisimillimam appositi, observamus, mortem Salvatoris nostri Christi contigisse circa finem dìei, qui Sabbathum magnum, seu diem Paschatos Judæorum, præcessit, hoc autem fixum fuisse ad æquinoctium vernum, quo dies & noctes per universum æquales sunt orbem. Deinde quum dies & nox naturalis ex usitata apud Judæos computatione fuerit duodecim horarum, patet, horas eorum diversis anni temporibus, præterquam in æquinoctiis, fuisse inæquales. Præterea Judæi numerabant diem civilem a vespere diei præcedentis ad vesperam proxime insequenter, naturalem, uti omnes populi, ab ortu solis ad hujus occasum. Sed ut clarius appareat relatio horarum Judaicarum ad nostras tempore mortis Christi sequens apponere licet Schema:

	1		7		7		1
	2		8		8		2
Hora Ju-	3	fuit no-	9	Judæo-	9	fuit no.	3
dæorum	4	stra ante	10	rum	10	stra po-	4
	5	merid.	11		11	meridia-	5
	6		12		12	na	6

Docet autem nos Evangelista Marcus Cap. XV 25, 33. Salvatorem CHRISTUM hora diei præparatorii, hoc est diei veneris, tertia, quæ nostræ respondet nonæ fuisse crucifixum, eaque lugubri occasione terræ faciem peplo tenebrarum ab hora sexta usque ad horam nonam, seu a duodecima ad nostram tertiam pomeridianam fuisse obductam; quo tempore Christus, suam PATRI commendans animam, exspiravit. Cognita Christi morte & impetrata a Pilato venia illum sepeliendi, Josephus de Ariathia & Nicodemus corpus Christi de cruce sublatum & magnifico aptatum modo, destinato intulerunt tumulo, quod factum inter horam Judæorum undecimam & duodecimam, seu ex nostro computandi more inter horam quintam & sextam pomeridianam. Permansit dehinc in sepulcro per integrum magni Sabbathi seu Saturni diem civilem, a vespera videlicet præcedente ad vesperram insequentem. In subsecuta autem prima Sabbathorum feria ante solis ortum, resurrexit Christus, ut MARCUS Cap. XVI: 2. Καὶ λίαν πρῶτην μίαν Σαββάτων ἐρχόται ἐπὶ τὸ μνημεῖον, ἀνατείλαντος τῆς ἡλίου. & JOHANNES Cap. XX: 1. Τῇ δὲ μιᾷ τῶν Σαββάτων, Μαργαρὴ Μαγδαληνὴ ἐρχέται πρῶτη Σποτιας ἐπὶ ἔστης, εἰς τὸ μνημεῖον. Ex quibus apparet locis, Christum in diluculo, quod diem solis præcessit, ex mortuis resurrexisse, siquidem feminæ sepulcrum invenerunt vacuum.

## §. VIII.

Supereft adhuc nodus quæſtionis propositæ ſolven-  
dus, ſcilicet quomodo Salvator noster CHRISTUS dici  
poſſit per tres dies & tres noctes in ſepulcro manſiſe,  
quum nonniſi per unicum diem naturalem & binas no-  
ctes tumulo fuerit incluſus? Sciendum itaque eſt, quod  
gentibus tantum non omnibus fuerit familiare, ut totum  
per hujus partem ad tenorem synecdoches apud Rheto-  
res deſignarent, totumque aliquem diem per ſpatium  
aliquot horarum exprimerent. Cujus etiam conſuetudi-  
nis in Historia Biblica occurruunt veſtigia, præcipue in  
parabola, quam retulit Christus de hero, diversis diei  
horis mercenariis in ſuam conducente vineam, ſuoque  
circa reſperam præcipiente villico, ut ſingulis non hora-  
riam, ſed diurnam penderet mercedem Matth. XX: 9,  
ac proinde eodem habente loco eos, qui per unam la-  
boralient horam ac reliquos operarios, qui totius diei fu-  
ſtinuiffent moleſtias. Plenius hoc conſtat aliorum alio-  
rumque ſcriptorum, fide dignorum, testimoniiſis, quorum  
duo tantum adferemus. Ita igitur ſcribit P. ULUS Ictus:  
Quicquid in illis viginti quaſuor horis civilibus (quaæ a  
cujuslibet diei civilis initio uſque ad ejus finem, & juxta  
Iudæos a nocte præcedente uſque ad noctis alterius cre-  
puſculum numerantur) actum eſt, perinde ſit, quaſi qua-  
vis iſtius, ex nocte & die constantis, civilis diei hora  
actum eſſet (a). Imo ipſe PORPHYRIUS, quem Reli-  
gioni Christianæ inimiciflimum fuifſe novimus, ad præ-  
ſentem rem accommodate ita ſcribit: Quicunque vespere  
eſt in ſua domo, mane autem terria die inde egreditur,  
de eo ſolemus prædicare, cum tertia die fuifſe egressum,  
quaſvis integer tantum modo dies inter ingressum ejus  
atque egressum interceſſerit (b). His præstructis, tres dies  
arque

atque tres noctes commorationis Salvatoris CHRISTI in sepulcro sibi satis constant. Sepultus enim fuit Salvator, ut vidimus, inter horam undecimam & duodecimam diei præparatorii, qui dies civilis quum inceperit a vespера diei Jovis præcedentis, primam habemus noctem ac pri-mum diem commorationis Christi in sepulcro. Per in-tegrum Sabbathum magnum, incipiens a vespéra diei præparatorii seu veneris & durans ad vesperam Sabbathi, Christus adhuc in sepulcro mansit, adeoque habemus alterum diem & alteram noctem. Elapsa autem ferme nocte, quæ primam Sabbathi feriam, seu diem solis præcessit, ex mortuis resurrexit, quare hæc nox & insequens dies solis considerantur ut tertius dies civilis commoratio-nis Christi in sepulcro. Et quo, quælo, certitudinis pi-gnore constabit, Prophetam Jonam longiori temporis spa-tio in ventre ceti delituisse?

(a) *In Libr. §. ff. de Feriis.*

(a). Vid Humfrid DITTON die Wahrheit der Cbriftlicher Religion p. 419, 420.

